Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

iosie hoc phase celebratum est. Postquam
instauravit iosias templum, ascen
dit nechao rex egypti ad pugnandum
in carcamis iuxta eufraten. Et proces
sit in occursum eius iosias. At ille
missis ad eum nunciis ait: Quid michi
et tibi rex iuda? Non adversum te
venio hodie, sed contra aliam pugno
domum, ad quam me deus festinato ire
precepit. Desine adversum deum facere
qui mecum est, ne interficiat te. Noluit
iosias reverti, sed parauit contra eum bellum
nec acquieuit sermonibus nechao ex
ore dei, verum perrexit ut dimicaret
in campo mageddo. Ibique vulneratus
a sagittariis dixit pueris suis: E
ducite me de prelio quia oppido vul
neratus sum. Qui transtulerunt eum
de curru ad alterum currum qui seque
batur eum more regio et asportaue
runt eum in ierusalem. Mortuusque est
et sepultus in mausoleo patrum
suorum, et vniuersus iuda et ierusalem
luxerunt eum, ieremias maxime, cu
ius omnes cantores atque cantatri
ces usque in presentem diem lamentacio
nes super iosiam replicant, et quasi
lex obtinuit in israel. Ecce scriptum
fertur in lamentacionibus. Reliqua
autem sermonum iosie et misericordiarum eius (margin: in lege)
que prescripta sunt in lege domini, opera quoque
illius prima et nouissima scripta
sunt in libro regum ~~iuda~~ israel et iuda.

Tulit ergo populus XXXVI
terre ioachaz filium iosie et
constituit eum regem pro patre suo in ierusalem.
Viginti trium annorum erat ioachaz
cum regnare cepisset et tribus men
sibus regnauit in ierusalem. Amouit
autem eum rex egypti cum venisset ie
rusalem et condempnauit terram

C talentis argenti et talento auri. Con
stituitque regem pro eo eliachim fra
trem eius super iuda et ierusalem et vertit
nomen eius ioachim. Ipsum vero ioach
az tulit secum et adduxit in egyptum.
Viginti quinque annorum erat ioachim
cum regnare cepisset et xi annis reg
nauit in ierusalem, fecitque malum coram
domino deo suo. Contra hunc ascendit na
buchodonosor rex chaldeorum et vinctum
cathenis duxit in babilonem, ad quem
et vasa domini transtulit et posuit ea in
templo suo. Reliqua autem sermonum
ioachim et abhominacionum quas eius
operatus est et que inuenta sunt in eo
continentur in libro regum israel et iuda.
Regnauit ergo ioachim filius eius pro eo.
Octo annorum erat ioachim cum regnare cepisset (margin: cum regnare cepisset) et tribus
(margin: mensibus) ac x diebus regnauit in ierusalem. Fecit
que malum in conspectu domini. Cumque
anni circulus volueretur misit nabuchodonosor
rex qui et adduxit eum in babilo
nem asportatis simul et preciosissimis
vasis domini. Regem vero constituit se (margin: from)
dechiam patruum eius super iudam
et ierusalem. Viginti et vnius anni erat
sedechias cum regnare cepisset et
xi annis regnauit in ierusalem. Fecitque
malum in oculis domini dei sui nec
erubuit faciem ieremie prophete lo
quentis ad se ex ore dei. A rege quoque
nabuchodonosor recessit qui ~~adiur~~ adiu
rauerat eum per deum. Et indurauit
ceruicem suam et cor ut non reuerteretur
ad dominum deum israel. Sed et omnes pri
ncipes sacerdotum et populus preuarica
ti sunt inique iuxta vniuersas abho
minaciones gencium et polluerunt do
mum domini quam sanctificauerat in ierusalem.
Mittebat autem dominus deus patrum suorum
de nocte consurgens et cottidie commo
nens eo quod parceret populo et habitaculo suo